

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**PROGNOSTICA=||TIO IOANNIS LIECHTENBERGERS, QVAM
OLIM SCRI-||psit super magna illa Saturni ac Iouis
coniunctione, quae fuit Anno M.CCCC.||LXXXIII. praeterea
ad eclipsim Solis anni sequētis uidelicet ...**

Lichtenberger, Johannes

Köln, 1526

Capvt nonvm

[urn:nbn:de:bsz:31-160364](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160364)



NOVVS PRINCEPS EXVRGET
in breui tempore.

CAPVT NONVM

PROGNOSTICVM IOANNIS



Almamater ecclesia plange, ò uirgo Rheniua
 gij clama, ululate pastores & rectores Rheni-
 uia gij, Lothringi, Vuestraui, Alfat, Sueui, Frā
 ci orientales, Rhenigaudiū. Exue te uestimen-
 to iucunditatis ò terra Virginis, induere cinere
 & cilicio. O Thuringia, Hassia, Vuesterualt,
 Vuederauia, luctum unigeniti factibi dicendo,
 Populum enutriui, exaltaui, ipse autem spreuit me, factus est mihi
 quasi Leo insidians, ideo uersum est in luctum gaudium meum. O
 plebs misera hucusq; in militia p̄sentis exilij posita, qui regulus no-
 uus surrexit in te, non gubernator, sed desolator fidelium, non con-
 solator, sed depradator spiritaliū. non protector, sed depressor or-
 phanorum & uiduarum in tota alta Alemanā. Nouus destructor,
 nouus rex sine ruga Germaniæ principibus uidebit̄ accedere, sic q̄
 cōis populus dicet unus sic, alius sic, alius sic, radix peccati à Scorpio
 nistis exurget peior Antiocho, qui tulit uasa de templo domini. Pe-
 ior Ioab om̄i dolositate plenissimo. Peior Achab, qui de uineis do-
 mini Sabaoth fecit hortos ol erum. Peior Appollonio, qui tulit spo-
 lia multa de templo domini. Peior Iuda, qui simulando pacem deci-
 piet membra Christi. Peior Holoferne, crapulatus sitiens sanguinē
 humanum. Peior Sampsonē, quem excæcauit malicia mulierum, q̄
 nescit erubescere amplius. Hic erit patrimonij Iesu dilapidator. hic
 erit meretricum lenonū amator. Hic erit draco perniciosissimus per-
 sequēs sponsam Christi in multis diocēsisibus. qui perturbabit terrā
 ponet orbem desertum. non dormiet, sed continue machinatur ma-
 lum, cuius consilium est cum impijs, & stabit cum cōsilio iniquorū,
 ut experimētaliter testificat̄. Nam domitianus & Diocletianus erāt
 uiri crudelissimi. Datianus, Maximianus erant uiri sceleratissimi,
 Aphricanus, Iulianus apostata erāt uiri desperatissimi. Nero, Adria-
 nus erant uiri defectuosissimi. quorum nullus fecit tot & tanta per-
 nitiosa quantum hic radix peccati, principum fex, in populo Alema-
 nico faciet. non timebit deum, non parcat sanctis, non formidat ca-
 pita fidei, nō ueretur exterminare loca sacra, nō pudet eū cōmittere
 sacrilegium. heu quanta perficiet contra catholicam ordinationem,

uix

vix lingua sufficit enarrari. Viri enim sanguinū & dolosi non dimi-
diabunt dies suos, punieris à Deo ò radix peccati. uere punieris à
deo, nam hoc tibi signum erit, Aurum sapientiæ tuæ obscurabitur,
quia freneticabis. rumor famæ tuæ infatuabitur, mutabitur color tu-
us optimus, & diceris per totum mundum hæreticus. non ut pater
tuus dux syncerissimus, quia òmni dolositate plenus. Obmutesce er-
go abominatio, ne cogites quouis modo seminare zizaniã sylue-
stris leonis inter Germaniæ principes ac Imperiū. anni tui sicut hu-
mana sunt tempora, non æterna.

ROTA RHENI INTER DVOS EPISCOPOS
quorum quilibet manu tenet rotam orans.

*legent^r meo iudicio de Alberto Mar-
tyrone Brandeburgensi qui obiit 8 die
Januarij in Ciuitate
te pforzhajm:*

Anno 1557



F